



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XXIII. Quod testes ad accusationem matrimonii non sunt admittendi, qui tempore contracti matrimonii consanguinitatem scientes siluerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

curetis, & diligenter inducere diuino intuitu & amore iustitiæ, vt coram vobis testimonium perhibeant veritati, nec quidquam exinde in suæ salutis periculum reticere præsumant.

CAP. XXIII. *Idem B. * Exoniensi episcopo.*

Peruenit ad audientiam nostram, quod Hugo de Kalega & M. vxor eius, in tali sunt linea consanguinitatis coniuncti, quod nullo modo possunt legitime in simul commorari. Vnde quoniam ad hoc magna est discretio adhibenda, fraternitati tuæ, &c. quatenus si aliqui apparuerint, qui possint & velint ipsum matrimonium legitime *impugnare, vtraque parte ante præsentiam tuam conuocata, quanto tempore cohabitauerint, diligenter ac studiose perquiras, & vtrum tempore quo coniuncti fuerint, accusatores siluerint, & eos coniungi debere cognouerint, sollicitè inuestiges. Quod si illos tempore coniunctionis hoc sciuisse & siluisse constiterit, de cetero graue esset eos audiri. Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominum copulatos, coniunctos relinquere, quam coniunctos quoslibet legitime, contra statuta Domini separare. Si vero matrimonium ipsum recenter est contractum, vel notitiam eius tempore contractus ad accusatores non peruenisse constiterit, fama viciniæ & personarum sollicitè perscrutata causam audias, & eam sine canonico studeas terminare.

Non admit-
tendos ad
accusatio-
nem matri-
monii, qui
tempore
contracti
consanguini-
tatis scientes
siluerunt.

* impo-
bare.

PARS IX.

DE SECUNDIS NVPTIIS.

CAP. I. *Vigilensi episcopo.*

VIR autem vel mulier ad bigamiam transiens non debet a presbytero benedici: quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio non debet iterari.

CAP. II.

Idem Exoniensi episcopo; Pars capituli, In literis.

Super illa vero quæstione, qua quæsitum est, an scilicet mulier possit sine infamia nubere infra tempus luctus secundum leges diffinitum, sollicitudini tuæ respondemus, quod cum Apostolus dicat: *Mulier mortuo viro soluta est a le-*

Rom. 7.